

NvK an Propst Nikolaus von St. Dorothea in Wien. Er erteilt ihm aufgrund eines apostolischen Mandats und der Autorität als Ordinarius den Auftrag zur Visitation des Klosters Neustift. Ihm selbst fehle es an der notwendigen Erfahrung für solch eine Visitation. Nikolaus hingegen habe sich in diesen Dingen einen hervorragenden Ruf erworben.¹⁾

Or., Perg. (Siegel fehlt): KLOSTERNEUBURG, StA, Urk. D 1457 Mai 22 (Lade J Nr. 5).

Kopie (17. Jb.): ebd.

Em.: Hallauer, Neustift 314 (ND 2002, 205).

Nicolaus miseracione divina tituli sancti Petri ad vincula sacrosancte Romane ecclesie presbyter cardinalis, episcopus Brixinensis, venerabili ac religioso patri domino Nicolao²⁾, preposito monasterii sancte Dorothee Wiennensis, ordinis sancti Augustini canonicorum regularium, Pataviensis diocesis, salutem in domino sempiternam. Placuit alias sanctissimo d. n. pape Nicolao bone memorie, quod nos monasterium Nove- 5 cellensis vestri ordinis et nostre diocesis per nos seu nostros commissarios visitaremus et ad regularem observanciam secundum illius ordinis regulam et statuta reduceremus cum potestate inobedientes corrigendi et amovendi et cuncta, que ad hoc oportuna viderentur, agendi.³⁾ Estque etiam illud monasterium per bone memorie beatum Hartmannum predecessorem nostrum originaliter fundatum⁴⁾ et nobis ordinario iure 10 subiectum, ita quod nos ex officio pastorali intendere tenemur, ut immaculata religio inibi observetur. Et quia nos circa huiusmodi apostolicam commissionem ac ordinariam visitacionem per nos ipsum deficiente nobis experientia in hac re necessaria minime sufficere timeamus, oculos nostros ad vestram accolimus personam, quam iam dudum novimus in illa religione pollere et qui alias in commissis diligenciam cum zelo 15 talem ostenditis⁵⁾, ita ut de operibus vestris optimam spem habeamus, quod monasterium prelibatum ad bonam observanciam reducetis.

Hinc presencium tenore vobis apostolice commissionis nobis facte ac ordinarie nostre potestatis onus imponimus omnem nobis traditam potestatem, committentes scilicet vice nostra dictum monasterium Novocellensem plene visitandi in capite et 20 membris atque corrigendi et emendandi, rebelles et minus aptos ad observanciam regularem, ne bonos turbent, licenciandi et absolvendi, ymmo eiciendi, si videbitur, et alios devotos fratres assumendi, officiales statuendi et alia omnia, que ad ipsius monasterii plenam et perfectam observanciam fuerint oportuna. Quocirca vos exhortamur in domino, ymmo etiam apostolica auctoritate requirimus et monemus, quatenus hoc 25 sanctum opus reformationis in laudem dei et animarum salutem atque ordinis honorem et profectum subeatis et commissionem hanc quanto diligentius fieri poterit, exequi velitis. Nos enim ratum et gratum habebimus, quicquid eius vigore ordinaveritis et faciemus deo auctore inviolabiliter observari. Datum Brixine mensis maii vicesima secunda anno domini millesimo quadringentesimo quinquagesimo septimo. 30

¹⁾ Die Visitation war bereits ein Jahr zuvor unter Vermittlung von Hz. Sigismund vereinbart worden, konnte aber zunächst wegen Krankheit des Propstes nicht durchgeführt werden; s.o. Nr. 4802, 5130 (1457 Januar 27).

²⁾ Nikolaus von Kronstadt, Propst zu St. Dorothea in Wien. S.o. Nr. 4802 Anm. 4.

³⁾ S.o. Nr. 3417.

⁴⁾ *Das Kloster Neustift wurde von B. Hartmann von Brixen (1140-1164) kurz nach 1140 gegründet. S. Innerhofer, Neustift 223f.*

⁵⁾ *NvK hatte ihn 1451 zum Visitator der Augustinerchorherrenstifte in der Kirchenprovinz Salzburg bestellt; s.o. Nr. 1082; AC I 4, 1744 s.v.*